



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 53. Lis inter Ecclesiam Viennensem & Arelatensem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

tur, sed in hac fluctuatione excessit e
vita. Sæculum VI.
A. C. 501.

§. LIII.

*Lis inter Ecclesiam Viennensem, &
Arelatensem.*

Sanctus Avitus ab Anastasio Papa in
Controversia inter se, & Episcopum
Arelatensem obtinuerat Rescriptum, in
quo ejus Jurisdictio in Episcopos vicinos
extendebatur. Eonius Episcopus Are-
latensis Rem ad Symmachum Papam de-
tulit, conquerens, Rescriptum hoc sub-
reptitie contra Canones fuisse impetra-
tum. Symmachus Papa, ne causa non Ep. 2. p. 1292
satis cognita judicaret, utrumque Epis-
copum Arelatensem, & Viennensem,
præstituta die ad se mittere Mandatarios
jubet, qui postulationis suæ argumenta
proferrent. Hæc Epistola tertio Kal.
Nov. post Consulatum Paulini, nempe 30.
Octobr. anno 499. data est. Eonius Ro-
mam misit Presbyterum, nomine Cre-
scentium, qui cum causam exposuisset,
Pontifex judicavit, Anastasium Papam
Provinciam illam perturbasse, mutato an-
tiquo ordine; hinc factum vituperat, di-
cens, cum Sacerdotium sit Res indivisi-
bilis, Successores Antecessorum suorum
Decretis præjudicare non posse, quippe
alias ob levitatis Notam Sacræ Sedi de-
bitam Reverentiam perituram.

Epist. I.

Sæculum VI. Eonio mandat, ut venerabilem Antiqui-
A. C. 501. tatem fervet, nulla habita ratione nova-
 rum Constitutionum, quæ Pacem labe-
 factant, & Episcoporum Ambitioni fa-
 vent. Nempe sententiam pro Eonio
 pronunciat. Hæc Epistola 29. Sept. an-
 no 500. data. Ubi istud ad S. Aviti no-
 titiam pervenit, questus est, se inaudi-
 tum fuisse damnatum; nec etiam legi-
 mus, ab ipso quoque Mandatarium Ro-
 mam missum. Papa datis litteris ei re-
 spondit in hæc verba: *Si probare potes*
Anastasium Antecessorem meum jure me-
rito fecisse, quod fecit, lubentissime intel-
ligam, Canones ab ipso non fuisse viola-
tos. Non nunquam enim aliquid de ri-
gore Legis remittendum, ad obtinendum
majus Bonum, cum id ipse Legislator præ-
cepisset, si prævidisset. Hæc Epistola
 tertio Kal. Nov. Avieno, & Pompejo
 Consulibus, id est, 30. Octobr. anno 501.
 data.

Epist. 12. p.
 1311.

§ LIV.

*Decreta, ne Bona Ecclesiarum
 alienentur.*

ANNO sequente 502. Avieno Juniore
 Consule 6ta Nov. Symmachus Papa
 celebravit Romæ Concilium, cujus Ca-
 nones præprimis cavent, ne Bona Eccle-
 siastica alienentur. Hæc Synodus in Ba-
 silica S. Petri congregata est. Cum Pa-
 pa